Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hylas. ut ad cultum deorum suorum convertet.
Cui beatus Vitus respondens ait. Ego alium
deum nescio nisi unum qui est et qui erat et
qui venturus est omnipotens. cuius regni non erit
finis. cui ego deservio ipsum deum regem an
gelorum et hominum. qui fecit celum et terram et
omnia que in eis sunt. R. Oravit sanctus Vitus
dicens deus celi et terre domine ihesu christe fili dei vivi qui
natus es ex maria perpetua virgine. Exaudi me
et aggrega mecum patrem meum in aula sancta tua. V.
Verumtamen non mea voluntas sed propositum fiat gratie.
Hec autem audiens pater eius lectio tua. Exaudi.
iussit infantem catonibus cedi dicens ei. Quis
te docuit hec confiteri? An nescis quia si hec
princeps audierit diversis tormentis te iubet
interimi et pro nobis. Tu. R. Vitus beatus Vitus dixit
domine ihesu christe qui ceco nato lumen que natura nega
verat tua potentia tribuisti. Illumina oculos patris
mei. V. Ut videant et confundantur omnes inimici